regis comites atq· amicos. In tempore archelaus in iudaeam
properato aduenit· ut si quid posset genero ac filiae opis auxilii
ferret. sed praeuidens aput infestissimum patrem obstructos
sibi aditus legitimae defensionis. arte commotionem eius re
pressit. Nam simul ut aulam ingressus est regiam· magna
uoce cum iam audiretur et uideretur ab herode uelut furens
animi uociferari coepit. Uiuit ne adhuc ille uene
ficus gener meus et etiam pit hanc lucem· ubi quaeso est ubi
parricida ille ut reperiam caput· ut manib· discerpam meis.
parricidio perire debet. qui parricidium uoluit implere· quid
facturus est socero qui non pepercit patri quis demonstrabit
eum euiscerabo primo sceles tum· adiciam filiam bono spon
so. et si sceleris non fuit conscia. Non est tamen aliena con
tagii· quae parricidae coniugio potiebatur. Non agnosco
filiam· quae artes non deprachendit mariti· quae non se
talem exhibuit socero nurum ut subiectum filium patri
redderet. ego illam non ad sceleris ministerium iunxi
sed ad consortium matrimonii ut coheredem gratiae prae
staret. Non criminis adiutricem. Temiror herodes si
adhuc uiuit alexander ille insidiator patris putabam
iustas illum iam poenas dedisse· quem differri non opor
tebat quid enim diutius reseruatur confessor ausi parrici
dalis. sed fortasse hoc quoq· diuinae fuerit prouidentiae.
ut amborum parentum iudicio condemnaretur qui in
laesit utriusq· pietatem· Non me nego boultorem· qui me
ultionis exactae praedicatorem parabam. sed nec
filiam excipio quam infaustis nuptiis ipre despondi· te sponsore
sequutus non enim ego illam marito moribus sed fidae et tuae
tradidi reddat causas quod uadem suum dissimulauit.
maritum dilexit. de utroq· nunc nobis iudicium est. si sir
mus exsequutor tanti doloris es. accingere pater.
sequestra pietatem. Non optandum quidem offi
cium patrib· sed non dissimulandum si te pietas molli
inflectit natura· mutemus uices. ut ego in tuo filio. tu in meo
pignore ministerium mutuis simus et exsecutores
Huiusmodi oratione circumferens. traduxit herodem.